DISSERTATIO JURIDICA DE VENIA ÆTATIS QUAM ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS IN...

Abraham Kästner, Johann Christian Gollnisch, ...

Digitized by Google

PROEMIUM.

Senecæ monitum.

HAud inepte SENECA *in Epiſtol.* 50. *de velocit. tempor.* dementiæ arguit eos, qui in tanta temporis egeſtate ſupervacua addiſcunt, & ex hoc tempore, quod ſufficere nec ad neceſſaria quidem poteſt, etiamſi quam diligentiſſime cuſtoditum fuerit, majorem partem in non neceſſaria erogant. Optime igitur monent, qui utilia, neceſſaria, quotidiana in foro & judiciis tam ſuperioribus quam inferioribus frequentia, quæque in ipſis rerum argumentis obtinent, pleniori & accuratiori tractatione enodanda, atque diligentius enucleanda, hortantur. In ſubtilitatibus enim, quarum jus civile incredibilem nobis ſiſtit numerum, conſeneſcere, omniaque ibidem poſita ad ſtatum modernum applicare velle, eſt operam male & inutiliter conterere; Quam ob cauſam, cum ſpecimen induſtriæ Academicæ, Promotoribus ſtudiorum meorum, edendum eſſet, de lana caprina diſputare nolui; ſed materiam, quæ ſæpe in foro occurrere ſolet, elegi; Equidem non ignoro, alios, qui in ipſa tractatione nominantur, in hoc themate enucleando jam ante me ſudaſſe; Cum tamen nec illi

Neceſſaria & utilia addiſcenda.

Digitized by Google

Autores in omnium verſentur manibus, nec ab iis omnia, uti certe ſpero, exhauſta, thema ſemel electum retinere, quam relinquere malui. Methodus autem dicendorum hæc eſto:

Cap. I. *De Definitione verbali & reali quædam* adducam.

Cap. II. *De iis, qui veniam ætatis concedere poſſunt,* agam.

Cap. III. *De perſonis, veniam ætatis petentibus,* ſum dicturus.

Cap. IV. *De effectu petitæ & conceſſæ veniæ* proponam; & denique

Cap. V. *Praxin forenſem dictorum* oſtenſurus ero.

Ut vero hoc breve opus agatur feliciter, juſto pietatis zelo, & Glorioſiſſimi Imperatoris Justiniani exemplo, *Proœm. Inſtitut. & l. 2. C. de offic. Præf. Præt. Affric.* Divini Numinis devotiſſimo pectore imploro auxilium. Lectorem benevolum obnixe rogatum volo, ut me amore ſuo potius, quam indignatione, ſi quid forte vel minus accurate, vel etiam erronee heic ſcriptum foret, dignari, ac æquo animo in viam deducere velit.

Dissertatio Juridica
DE VENIA ÆTATIS.

Cap. I.
De Definitione verbali & reali.

§. I.

De venia ætatis diſſertationem conſcripturus, vocum explanationem, quo eo liquidius materia hæcce quam utiliſſima & in foro frequentata conſtet, paucis præmittendam eſſe, reor; Optime equidem ſcio, res verbis prævalere, *v. l. 17. ff. de LL.* & non tam verba, quam mentem legislatoris ſpectandam, *v. l. 13.*

Digitized by Google

v. l. 13. §. 2. de Excuſ. Tut. Quia tamen aliquando verba ſigna ſunt & teſtimonium mentis noſtræ, *v. l. 7. §. 2. verſ.* Id. *Tubero. ff. de ſupellect. leg.* non ſemper ultimo loco ponenda, quo ex ſano eorum ſenſu verus rei eruatur intellectus; præſertim cum a vocis cognitione non raro provehimur in rei ipſius perceptionem, SCALIGER *Exercit. I. Sect. 1.* j. OLDENDORP. *Claſſ. IV. mand. 84.* quam ob rem in omni tractatione rerum quidem *potior*, vocabulorum autem *prior cura* eſſe debet. GOEDD. *ad Rubr. de V. S. in pr.*

§. II.

Ut igitur more diſputantium incedam, quædam de thematis ὀνοματολογία adducam; Et quidem, quod *primum* rubricæ *verbum* attinet, *venia* a veniendo, quod optanti veniat, dicitur; Varios autem ſignificatus *venia* habet. Nam 1) religioſis veniæ idem ſunt ac inclinationes vel genuflectiones in *Eccleſ. Lat.* quæ græcis μετανόιαι dicuntur. v. PETR. VENERAB. *in ſtatut. Cluniac. cap. 4.* 2) *Venia* ſæpiſſime remiſſionis ſeu condonationis locum ſuſtinet, ob commiſſum errorem vel culpam. Hinc GROTIUS *d. J. B. & P. Lib. II. cap. 20. §. 21.* *venia*, ait, *debitæ pœnæ remiſſio eſt.* Et AMBROS. *in Luc. Tantæ pietatis eſt Dominus Jeſus, ut ipſi Judæ donaret veniam, ſi Chriſti expectaſſet miſericordiam.* 3) *Venia* non raro notat conceſſionem ſeu permiſſionem ejus quod alias non licet. 4) Sumitur aliquando pro *attentione* v. CICER. *Pro Roſc. Amer.* hinc notæ phraſes: *Audire cum venia*, item *legere cum venia* i. e. attente & diligenter. 5) *Venia* interdum etiam privilegium ſeu beneficium denotat, *v. l. ult. C. de his qui veniam ætat.* ubi *venia*, beneficium aut privilegium pro æquipollentibus ſumuntur; Unde *venia ætatis* Gallis dicitur: *Beneſice d' age*, v. BERNARD. AUTOMNE: *dans la conference du Droit Francois avec le Droit Romain, civil & canon, ad l. 4. C. de his qui ven. ætat.* quem ultimum ſignificatum in hac diſſertatione mihi præ reliquis vindico.

Venia quid ſignificet. 1) 2) 3) 4) 5)

§. 3.

§. 3.

Ætas ad res, perſonas & tempora pertinet.

Cum conſtet, quid *venia* nobis ſignificet, breviſſimis etiam quædam de *Ætate* monebimus. Ætas autem eſt nomen generale, & non ſolum ad *perſonas*, ſed etiam ad *res*, nec non *tempora* pertinet. v. CALVIN. *Lex. Jurid.* voce: *ætas*. In hac diſſertatione in ſpecie ſermo nobis erit *de ætate hominis*, quæ a MASCARDO *de probat. Concl. 666. n. ult.* definitur: quod ſit *menſura quædam temporis a nativitate usque ad obitum mortis decurrens*. A variis autem varie dividitur. GALENUS *quatuor* ejus facit partes. VARRO *quinque* gradus illi conſtituit. HYPOCRATES ſeptem ejus format ſectiones. ISIDORUS ſex ætatis facit gradus. *Aſtrologi* ſecundum ſeptenarium & novenarium ætates diſtinguunt, indeque *annos Hebdomaticos, Climactericos, & Enneaticos* dicunt. Has ætatis diviſiones fuſe explicare inſtituti ratio non patitur, v. *interim* Gräter *diſſert. de conceſſione veniæ ætatis. §. 4. ſeqq.*

quid ſit? varie dividitur.

§. 4.

Facile apparet ex §. *præced.* quod ætatis tot fere ſint partitiones, quot ſcriptores; Cui volupe eſt, evolvat hac de re PAUL. ZACH. *in Quæſt. Med. legal. lib. I. tit. 1.* Nobis in præſentiarum ea diviſio ætatis commoda & pro ſcopo eſſe debet, ubi hominum ætatem uſu juris in *Minorennem & Majorennem* partiri ſolemus. Majorennes dicuntur, qui *Jure Saxonico* An. XXI. *Jure Civili* An. XXV. adimplerunt; & hæc ætas alias vocatur *legitima*, ætas ſua, *l. 27. pr. de N. G.* robuſta, *l. 15. §. 6. ad leg. Jul. de Adult.* perfecta, *l. ult. C. de his, qui ven. j. l. 50. de leg. III. in fin.* matura, MASCARD. *de probat. concl. 666. n. 8.* In hac ætate regulariter aliquis non indiget aliorum auxilio, ſed multo magis cenſetur ipſe idoneus ad bona ſua proprio marte adminiſtranda. De *Minoribus* autem dicit ULPIAN. *in l. 1. pr. de minorib. fragile eſſe & infirmum hujusmodi ætatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum*; Hi vero ſunt vel *puberes* vel *impuberes*. Quando autem aliquis *pubes* dicendus, tres videmus

qui majorennes. Minorennes. Sunt vel puberes, vel impuberes.

Digitized by Google

mus ſententias veterum. Prima eſt *Caſſianorum*, qui pubertatem maris æſtimabant ex habitu corporis; Secunda *Proculejanorum*, qui ex anno decimo quarto; Tertia Prisci Javoleni, qui ex utroque pubertatem æſtimabat. Vide quæ docte hac de re ſcripſit Bynckershoek, *Obſ. Jur. Rom. Lib. III. Cap. XXIV. p. m. 322. ſeq.* Imperator Justinianus *pr. Inſt. quibus mod. tut. fin.* pubertatis terminum in maſculis annum 14. in fœminis 12. poſuit, qui terminus etiam moribus Germanorum, in ſpecie Saxonum, obtinet. *v. P. IV. Conſt. El. 31. conf.* Land-Recht *Lib. I. art. 42.*

§. V.

Quam ob cauſam fœminæ citius quam maſculi puberes fiant, hic late non eſt inquirendum; præter Bynckershoek vero *c. l.* de hac materia legi merentur, Gundling. *Cap. XXIV. No. 2.* Hoc tamen omittendum non eſſe cenſemus, pubertatem aliam *eſſe minus plenam*, de qua dictum; Et aliam *plenam*, quæ regulariter in utroque, tam maſculo quam fœmina, anno 18. completo, contingit. *§. 4. Inſtit. de adopt. j. l. 40. §. 1. de Adopt.* Diximus, *regulariter. i. e.* ſi deficiat diſparitatis ratio; *v. g.* in juramenti præſtatione. *v. O. P. R. Tit. XIIX. §. 4. p. 111.* Aliud itaque dicendum, ſi diſparitatis ratio dari poſſit, *v. g.* in alimentis legatis, ubi maſculus illa ad annum *18.* fœmina vero ad annum *14.* tantum petere valet. *v. l. 14. §. 1. ff. de alim.* *Confer.* B. Mencken, *in Theor. & Prax. Pand. p. m. 852. it. Dn. Præſes,* in diſſert. *de matrimonio copula carnali & ſacerdotali conſummato, ob dolum alterutrius reſcindendo. Cap. I.*

Pubertas eſt vel plena, vel minus plena.

§. VI.

Plura circa definitionem nominalem adducere, merito ſuperſedemus; Dicta vero, cum ad materiæ ſubſtratæ explicationem faciant, omnino dicenda nobis videbantur; Sunt enim *minorennes*, qui veniam ætatis ſibi concedi poſtulant, cujus nunc ſiſtimus, ſi non accuratam, ad minimum tamen aliqualem deſcriptionem; Scil. *Venia ætatis eſt privilegium, quo minori a ſuperiore jus legitimæ ætatis tribuitur, ut ſine curatoris autoritate res ſuas libere adminiſtrare queat.*

Definitio veniæ ætatis.

Cap.

CAP. II.

De iis, qui veniam ætatis concedere poſſunt.

§. I.

Populus Romanus conceſſit veniam ætatis.

JUs dandi ætatis privilegium, non Imperii nec jurisdictionis, *ſed pleniſſimæ poteſtatis eſſe*, tradit JAC. VAN DER GRÆFF. *de Regal. cap. 19. n. 1.* unde olim populum Romanum veniam ætatis conceſſiſſe & concedere potuiſſe, indubitati juris eſt; Equidem exemplo *Scipionis Affricani*, qui his verbis uſus fuit: *Si populus Romanus volet, ſat annorum habebo,* quod plerumque Dd. adducunt, qui populo Romano conceſſionem veniæ ætatis tribuunt, v. SCHWED. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 1. Cap. 15. §. 2.* aſſertum hoc probare nolumus. Noſtro enim judicio, quod pace diſſentientium dictum ſit, Scipionis exemplum ad hanc conceſſionem veniæ ætatis, qua de nobis ſermo, non pertinere videtur, quia is non eam ætatis veniam, qua rei propriæ adminiſtrationem, ſed eam, qua officium publicum ſibi capeſſere liceret, petiit; Aliam autem hujus, quam illius eſſe rationem, non obſcure ex eo probatur, quod omnes honorum gradus majorem, quam viginti quinque annorum requiſiverint ætatem; Cuius rei teſtis eſt CICERO, quando gloriatur, ſe magiſtratus quos geſſit, omnes anno ſuo, *h. e.* legibus definito, obtinuiſſe. *v. infra Cap. IV. §. 7. n. 4.*

§. II.

Jure civili Princeps ſolus concedit.

Poteſtate vero populi Romani in Principem translata, per legem Regiam *v. §. 4. Inſt. de J. N. G. & C.* venia ætatis a ſolo Principe petenda eſt. Hinc ſi minor grandævus conſilio eſſe de ſe ipſo præſumpſerit, & *audaci* animo negotiorum & patrimonii ſui adminiſtrationem ſibi ſolus ſumere velit, ſimulve pro majore cenſeri petat, Principem adire, ac legitimam ætatem a Principali Clementia impetrare debet, *v. l. 3. C. de his, qui ven. ætat.* j. GOEDD. *ad l. 21. de V. S.* ubi *n. 19. & 20.* ſic

Sic loquitur: Quod cum ſolius populi fuerit, *veniam ætatis* concedere, populus vero omnem poteſtatem in Imperatorem per legem Regiam transtulerit, etiam Imperator ſolus hanc conceſſionem *veniæ ætatis* ſibi vindicet, unde etiam ſit unum ex iis, quæ Imperatori ſpecialiter ſint reſervata; Hinc Præſides Provinciarum veniam ætatis concedere, niſi ex ſpeciali conceſſione non potuerunt. v. SPENER *Jur. Publ. P. V. Cap. V. §. 7. in fine, liter. e. p. m. 167.* Manet ergo firmum, quod tum temporis, ubi ſumma poteſtas abſolute ſtetit penes Principem, & huic ſoli veniam ætatis concedendi poteſtas fuerit relicta.

§. III.

In Imperio Rom. Germanico jus dandi ætatis veniam reſervatis Imperatoris communiter adſcribunt. v. STAMLER *de Reſerv. Imper. §. LVII. n. 11.* OTTO *J. P. Cap. XI. p. 342.* quia putant, hac in re legem *l. 2. & 3. C. de his, qui veniam ætat.* clare atque perſpicue diſponere, ut nemini dubium oriri poſſit. Prudenter tamen hic procedendum eſſe arbitramur; Si enim quis ab antiquo Romanæ Reipublicæ ſtatu ad hodiernum indiſtincte argumentari velit, certe decipietur, cum hodierni ſtatus facies ab antiquo admodum ſit diverſa; Jam vero a diverſis & ſeparatis non recte infertur, *v. l. fin. de Calum. l. 20. de minor. l. 60. de Condict. indebit.* tempus quippe diverſum inducit diverſitatem diſpoſitionis, *a. l. 8. de uſufr. leg.* quemadmodum diverſa qualitas *diverſificat* actus & diſpoſitiones. Et diverſa ratio, diverſum jus inducit. TUSCH. *liter. D. concluſ. 517.* Caveant igitur ſibi Dd. ne ſimpliciter reſervata Imperatoris ex LL. civilibus deducant, & ad ſtatum moderni Imperatoris applicare ſtudeant, eoque ipſo reſervatis Imperatoris præjudicium maximum inferant, vide omnino SPENER, *c. l. §. 17. p. m. 153.* ubi inter alia dicit: Mit deſſen Vorbeygehung man klüger bey der *venia ætatis* und andern gleichen Rechten handelt, daß man ſich bloß auf das Herkommen und gleichſam ſtillſchweigende Verträge beziehet, durch welche

In Imperio R. G. conceſſionem veniæ ætatis ad Reſervata Imperatoris referunt.

dem

dem Käyſer derſelben Ausübung, vornemlich in Anſehung der hohen Standes-Perſonen, zugefallen. Confer. Kulpis, *diſſert. de obſervantia Imperiali,* vulgo: vom Reichs-Herkommen. *Argent.* 1685. quæ obſervantia maxime procedit quoad conceſſionem veniæ ætatis, quæ fit Principibus & Comitibus ad capiendam Ducatuum aut Comitatuum ſuorum adminiſtrationem, quippe quæ in ſignum ſupremæ eminentiæ Imperatori reſervata. vid. Schweder. *c. l. §. 3.*

§. IV.

Exempla conceſſionis veniæ ætatis ab Imperatoribus.

Exempla hujus obſervantiæ jam ex ſeculo decimoquarto adduci poſſunt: *Anno ſc.* 1355. Imperator Carolus IV. Philippo, *Duci Burgund.* veniam ætatis conceſſit. In cujus diplomate verba ſequentia inter alia leguntur: *Nos igitur „conſiderantes magnificum ſtatum tuum, & negotiorum qualita„tes, quibus intendere cum utilitate teneris; & volentes te ſu„per præmiſſis de ſpeciali gratia reddere conſolatum, tibi autori„tate noſtra & de plenitudine Imperatoriæ Poteſtatis* veniam æta„tis & beneficium majorum & majorennium *damus & concedi„mus gratioſe; tecum ſuper defectum ætatis ſeu minorennitatis, „quem pateris, etiam diſpenſantes.* v. Conring. *de fin. Imper. „Germ. Lib. II. c.* 25. Sic Wenceslaus Imperator, *An.* 1398. Ottoni *Duci Brunſvicenſi,* Ottonis filio, veniam ætatis hiſce formalibus conceſſit: Wir haben dem Hochgebohrnen Otten, Hertzogen zu Braunſchweig, unſern lieben Oheimen und Fürſten, die Jahre gegeben, alſo daß er mündig ſeyn, und ſeine Hertzogthum und Land ſelbſt verweſen, ihme ſelber Räthe kieſen, und Helffer nehmen ſoll und mag. v. Hering. *de fidejuſſ. C. VII. n.* 109. *ſeq.* Alia exempla, quia brevitati ſtudemus, hic adducere non lubet, qui vero plura legere cupit, evolvere poteſt Schweder. *l. c.* Lymnæum, *Jur. Publ. Lib. II. cap.* 19. *ibique in addit. n.* 151. Reinking, *de Regim. Sec. & Eccl. Lib. I. Claſſ.* 3. *Cap.* 12. *n.* 57. Perez. *ad Cod. Tit. de his, qui veniam ætat. in additam.* aliosque. Nobis hæc ideo adduxiſſe

Digitized by Google

xiſſe ſufficiat, ut ex iis appareat, quamdiu jam in noſtro Imperio hæc obſervantia ab Imperatoribus ſit frequentata.

§. V.

De Cæſarei juris in conceſſione veniæ ætatis hæc prærogativa etiam eſt notanda: Hanc *ſcil.* obſervare licet ex univerſali poteſtate, qua ubivis bonorum & omnibus perſonis Imperio ſubjectis Imperator concedit veniam ætatis; Ergo his etiam eam gratiam conferre poteſt, qui ſub territorio, proprie loquendo, non ſunt, modo ſubſint Imperio; Hinc differentia apparet Cæſarei hujus Juris a jure concedendi veniam ætatis, competente ſtatibus, quod ILLUD ex ſubjectione Imperii, *hoc* ex ſubjectione territorii fundetur, ex quo evenit, ut Imperator hoc ætatis beneficium tribuat non tantum ſubditis, ſed & Principibus & ſtatibus Imperii, imo & Regibus quandoque, qui Imperium certa ratione agnoſcunt; Ceu exempla referunt, præter REINK. *c. l.* LYMN. *Lib. II. cap. 9. n. 150. add.* MYLER *in Ætol. Ordin. Imperii, Cap. I.* Ubi obiter quaſi monemus, quod vi, antea dictæ obſervantiæ, neque Cameraimperialis, neque Auſtregæ *veniam ætatis* concedere poſſint. vid. HORN. *I. P. cap. XLIV. §. 11.* SPENER. *c. l. p. 155.*

§. VI.

Ab Imperatore tranſimus ad Vicarios Imperii; An ſcilicet hi poſſint veniam concedere? quam quæſtionem merito affirmamus: quoniam conceſſio veniæ ætatis non reperitur in numero eorum Majeſtatis jurium, quæ ipſi Vicario ſunt prohibita; Imo communiter Dd. formant Regulam: Vicarium Imperii tantum poſſe, quantum Imperator, extra caſus exceptos. v. SCHWEDER. *I. P. part. ſpec. Sect. I. cap. 33. §. 8.* Quamvis enim quidam textum in A. B. *Cap. V. §. 1.* interpretari conentur, *quod ibidem contineatur mandatum ſpeciale, itaque etiam non intelligi plus conceſſum, quam ibi expreſſum; Rectius tamen ſtatuitur, vicarium ea expedire poſſe, quæ ab Imperatore ipſo fieri poſſunt,* quia Imperatorem repræſentat; ſicuti

Vicarii Imperii concedere poſſunt veniam ætatis.

autem

Digitized by Google

autem ille habet generalem poteſtatem, ita & ipſis eandem omnino, extra caſus exceptos, concedendam; præprimis, quia in textu A. B. generaliter dicitur: Cum Potestate, & non additur particula reſtrictiva: Hac. v. Buxtorff. *ad A. B. th. 71.* Bechm. *ad Aur. Bull. C. V.* Titius *ſpecim. Jur. Publ. Lib. V. C. IX. §. 6.* Rosenthal *de feud. Cap. IX. concl. 30. memb. 1. n. 8.* conf. Lünigs *Selecta Scripta Illuſtria p. m. 102. ſeqq.*

§. VII.

Ut & ſtatus Imperii.

Ordine nunc progredimur ad ſtatus Imperii; De horum origine & definitione Dd. Juris publici ſunt ſoliciti. v. Nicol. Myler ab Ehrenb. *de Princip. & ſtatib. Imperii, Part. I. C. IIX. & IX.* Nobis hoc loco ſaltem inquirendum, *an ſtatus Imperii* veniam ætatis concedere poſſit? De quo nulli dubitamus; quod etiam apparet ex formulis inveſtiturarum, quibus Imperii ſtatus cum omnibus regalibus ornantur, quæ communiter ſic concipi ſolent: Wir belehnen euch mit dem Hertzogthum, Landſchafft, Landen, Leuten, Lehn, Lehnſchafften, Aemtern, Städten, Stücken und Güthern, Zollen, Gelaiten, Schulden, Renten, Zinſen, Nutzungen, Gerichten Obriſt und Niedriſt, Bergwercken, Saltzwercken, Wildbahn, ſamt allen dergleichen Lands-Fürſtl. Hoheiten, Regalien, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, v. Knichen *de Sax. Privil. verb. Ducum. Cap. 4. n. 61.* Ex ejusmodi regalium collatione indubitanter colligitur, & ſtatibus Imperii veniæ ætatis indulgentiam eſſe permiſſam; Si enim Imperator potentiam ſuam cum ſtatibus Imperii communicavit, quidni etiam poteſtatem indulgendi veniam ætatis? Accedit & hoc, quod determinatio majorennitatis, certo numero annorum conſtans, ſit juris mere poſitivi & civilis. Jus autem civile ideo Principes Imperii mutare, vel etiam abrogare poſſunt, quia certo certius eſt, eos habere poteſtatem condendi ſtatuta etiam juri civili contraria. v. Reink. *de Reg. Sec. & Eccl. Lib. II. Claſſ. 2. cap. 10 n. 5.* Alias adhuc rationes adducit Haxthausen, diſſert. *De venia ætatis §. 12.*

Pro

Digitized by Google

Pro noſtra opinione militat etiam tritum Brocardicum: *Quicquid valet Imperator in Imperio, id etiam valet ſtatus in ſuo territorio.* MEV. *P. III. Deciſ. 305.*

§. VIII.

Papam veniam ætatis concedere poſſe, nemo forſan inficias ibit; In hoc vero non conveniunt: *An ſi quis a Papa veniam ætatis impetraverit, per totum Imperium ejus conceſſio valida agnoſcatur?* Quæ quæſtio a quibusdam affirmative deciditur; quia Summus Pontifex æqualem, imo majorem cum Imperatore ſibi in Romano Imperio tribuit poteſtatem, nec in eccleſiaſticis duntaxat, ſed & in ſecularibus poteſtatem ſuam exercet; Imo ſunt, qui Imperium Romanæ ſedis, feudum, & Imperatorem Papæ Vaſallum, eidemque fidelitatis juramento conſtrictum eſſe, aſſerunt. Hinc INNOCENTIUS II. Papa, Romæ in Lateranenſi Baſilio, LOTHARIUM Imperatorem depingi fecit, quaſi Vaſallum ad pedes ipſius proſtratum, et Imperii coronam ab eo accipiente, his adſcriptis verſiculis: Papa etiam concedit ætatis veniam.

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores,
Poſt homo fit Papæ, recipit quo dante coronam.

vid. REINK. *de Reg. Sec. & Eccl. Lib. I. Claſſe II. Cap. V. n. 1*, quod tamen etiam invertit id. REINK. *c. l. n. 27.* Nobis verior videtur ſententia conceſſionem veniæ ætatis Summi Pontificis, tantum valere in ditionibus ac terris, Papæ ſubjectis, ſicque intuitu hujus eandem cum ſtatibus Imperii habere poteſtatem. *a. l. f. ff. de Jurisd.* *conf.* omn. FERRAR. *in ſua prax. form. in act. confeſſ. pro ſervit. verb. plenam & omnimodam. Colum. 1.*

§. IX.

Civitates imperiales hoc loco prætereundæ non ſunt; Equidem in genere de iis ſoliciti non erimus; Nec inquirendum nobis, an ſit diſtinguendum inter *Civitates Imperiales & liberas Imperiales civitates,* unter Reichs, und freyen Reichs-Städten. Sed Lectorem benev. intuitu horum alio-

Digitized by Google

rumque Jurium, civitatibus Imperialibus competentium, ablegamus ad STRUV. *de liberis S. R. Imperii Civitatibus, Jenæ, 1676.* item WILDVOG. *de ſuperioritate territoriali, civitatum Imperialium, ibidem 1709.* STEPHAN. *de Juriſdict. Lib. II. P. 2. c. 1. n. 85. & 86.* MEV. *ad Jus Lubec. qu. præl. I. n. 39.* LÜNIGS *ſelecta ſcripta Illuſtria p. m. 783. ab hisque allegat.* Pro noſtri inſtituti ratione quæritur ſaltem: *An civitates Imperiales etiam veniam ætatis concedere queant?* Id quod omnino nobis affirmandum videtur; Quamvis enim Italicus quidam Author *Politici theſauri, part. 1. fol. 60.* ſtatuat: *Civitates noſtras Imperiales non ſuffragandi, ſed conſulendi tantum jus habere;* Male tamen hoc aſſeritur; Non enim nudum tantum dandi conſilium, ſed etiam ſedendi & ſuffragandi jus in Comitiis olim habuere, & nunc habent: Nam ex A. B. CAROL. IV. non minus ex civitatum, quam Principum conſilio res in comitiis directas fuiſſe, compertum eſt. *in fin. princ.* ibi: *Nobilium & civitatum multitudine numeroſa,* ſeu, *ut Germanice ſonat:* Mannigfaltige der Städte Bothſchafften. j. Reformation Käyſer Friedrich des III. zu Franckf. am Mayn, An. 1442. aufgericht, *in princ.* ibi: Gemeindten aller und ieder Städte. conf. RUMEL. *ad* A. B. *part. 1. th. 10.* Hinc CONRING. de *German. Imper. Civ. th. 5. & 6. & præprimis 8.* hocce jus ſuffragiorum usque adeo eſſe proprium veri ordinis ac ſtatus Imperii aſſerit, ut eſſentiam ejus unice conſtituat.

Civitates imperiales concedunt etiam veniam ætatis.

§. X.

Quæ dicta ſunt de civitatibus Imperialibus, in civitatibus Municipalibus aliquando etiam procedunt, ſi ſcilicet, vel 1) conſuetudine hoc jus ſibi acquiſiverunt, veluti de *Strahlſundenſi*, aliisque civitatibus, id aſſerit MEVIUS *ad J. L. Lib. I. Tit. II. art. VII. n. 29. vel.* 2) Statuto Principis aut ſingulari ejusdem Privilegio hanc facultatem impetrarunt; Sic in Ducatu Würtembergico cuilibet civitatis Magiſtratui jus concedendi veniam ætatis competere ad exemplum *Nov.* LEON. 28. docet

Hoc jus habent etiam quædam civitates municipales 1) Ex conſvetudine. 2) Ex ſtatuto Principis vel ſingulari privilegio.

Digitized by Google

docet Myler. *de Princip. & Statib. Imperii P. II. C. LVII. §. 5.* ex Fürſtlichen Würtemb. Land-R. *part. 2. tit. 27. fol. 314.* ubi addit: *Quam poteſtatem non tam jure proprio, quam per delegationem & conceſſionem Principis exercent.*

§. XI.

Aliquando occurrit quæſtio: An etiam Nobilibus permiſſum ſit concedere veniam ætatis? ubi diſtinguunt Dd. num Nobiles ſtatus ſint Imperii, & quidem *immediate* tales; *Immediatos* autem dicunt, qui *nullum Statum* pro Domino aut Magiſtratu agnoſcunt, ſed immediate ſoli Imperatori, Imperioque parent; & hi concedere etiam poſſunt veniam ætatis, juxta tradita in præcedentibus §. §. de Statibus Imperii; de *mediate* talibus autem hoc minime aſſerendum; Agitata fuit hæc quæſtio *pro & contra,* atque a parte Nobilium ſtetere Hypolitus a Dreisbach in ſeinem unvorgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der Reichs-Ritterſchafft in Francken, Schwaben ꝛc. ut & Autor des Diſcurſus, daß des Heil. Römiſchen Reichs freyer unmittelbarer Adel ein Stand des Heil. Römiſchen Reichs ſey. *videatur* Haxthausen. *c. diſſert. th. 14.* Sic etiam hoc jus quibusdam aliis illuſtribus Familiis privilegio confirmatum eſt, e. g. *Haſſiacæ*, de qua teſtatur Schütz. *Coll. J. P. Exerc. 7. th. 16. lit. B.* de Anhaltinorum Principum, Brunſvicenſium, & olim Pomeraniæ Ducum familiis, v. Spreng. *Jur. Publ. p. 427.* de Philippi Georgii Pomeranorum Ducis filii exemplo, v. Lymn. *Lib. III. cap. VII. n. 42.* conf. Gräter *cit. diſſ. cap. IV. §. 9.*

Etiam Nobiles, & quidem immediate tales, concedunt veniam.

Quædam illuſtres familiæ habent etiam hoc privilegium.

§. XII.

Tandem nobis videndum, an etiam *Comites Palatini Jus concedendi veniam ætatis habeant?* De iis autem Comitibus Palatinis loquimur, qui in vernacula: des Heil. Römiſchen Reichs Hof-Grafen, & alias Sacri Lateranenſis Palatii, Aulæque, vel etiam Curiæ Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comites

Comites Palatini.

Quomodo alias nominantur.

mites

mites appellantur. v. Lymn. *Lib. IV. J. P. c. 4. n. 40.* ubi oſtendit, qua ratione ita dicantur. Ejuſmodi Comites autem veniam ætatis concedere poſſe, ſi hæc poteſtas eorum Diplomati ſit inſerta, dubitandum non eſt. v. Schweder. *Part. ſpec. Sect. I. Cap. VII. §. 14.* ubi varia Comitum Palatinorum Privilegia recenſet; conf. Gräter *c. diſſert. Cap. 3. §. 12.* Item Textor, *in Jur. Publ. Tit. XII. de Reſervatis Cæſareis ſecularibus*, ubi Exemplum de JCto Bartolo adducit, qui pro ſe ſuisque deſcendentibus hoc jus ab Imperatore impetravit. *num. 555. p. m. 495.* Imo quia ſtatuum Imperii poteſtas extra territoria ſua haud extenditur, indeque eorum aliquibus conceſſum Privilegium alibi non attenditur, haud pauci vel ab ipſo Imperatore vel Comite Palatino veniam ætatis petendam eſſe ſuadent, quia hoc caſu per totum Imperium Privilegium acquiſitum vim ſuam obtinet. Hoc loco etiam in ſpecie ea quæſtio: *Utrum Comes Palatinus veniam ætatis in territoriis Ordinum Imperii impertiri queat?* excutienda nobis eſſet; quoniam vero B. Hornius *in Jurisprudentia feudali* peculiari Programmate, *de hac re, p. m. 508. ſeqq.* nobis otium fecit, eo lectorem remittimus; confer. *B. Dn.* Rivinus *in Enunc. ad O. P. S. Tit. IX. En. 12.* ubi in rationibus decidendi, Comitem Palatinum in ſtatuum territoriis veniam hancce concedere non poſſe, aſſeritur. Et hanc invitis Dominis Territorii in præjudicium eorum exerceri non poſſe. *a Cap. Leop. art. 3.* tradit B. Menck. *in Theor. & Praxi Pand. p. m. 160. §. 3.* Cui ob ſimile argumentum jungi poteſt Illuſtr. Gribneri *noſtri* Diſſertatio: *De Jure legitimandi Comitum Palatinorum in Terris Principum Imperii; Wittenberg. 1708.* Add. General-Verordnung wegen der Notarien, de dato Dreßden am 19. Februar. 1721 In denen Beylagen zur neu-erläuterten und verbeſſerten Proceſs-Ordnung. No. VII. p. 69.

Poſſunt concedere veniam ætatis.

An etiam in ſtatuum territoriis? remisſive.

Cap.

CAP. III.
De Perſonis veniam ætatis petentibus.

§. I.

SUpra *Cap. I. §. 4.* Perſonas in *Majorennes* & *Minorennes* dividimus; Minorennes vero ſunt, qui Jure Civili XXV. ann. & Jure Saxon. ann. XXI. nondum impleverunt. v. Land-Recht. *Libr. I. art. 42.* Et hi opus habent noſtro privilegio, ſi velint juribus Majorennium gaudere. Recenſent autem Dd. plerumque VII. requiſita, quæ ab iis, qui veniam ætatis impetrare volunt, ſunt obſervanda; de quibus ſingulis breviter in ſubſequentibus agemus. I. Petenda ætatis venia ab Ipſo Imperatore *l. 2. & fin. C. de his, qui ven. ætat.* unde etiam in dictis Legibus expreſſe ſupplementum Imperialis beneficii, & auxilium Imperiale vocatur. Hodie hanc etiam a ſtatibus Imperii recte peti & impetrari poſſe, *Cap. II.* fuſius oſtenſum fuit. II. Impetrans ſive mas, ſive fœmina, eſſe debet minor, *d. l. 2. Cod. de his qui ven. ætat.* Si enim legitimam ætatem beneficio naturæ ſeu jure communi jam eſt conſecutus, jure hoc ſingulari ſeu privilegio opus non habet; cum ſuperflui quid a Principe petatur. III. Honeſtate morum, animi probitate, ſolertia & idoneitate rerum utiliter gerendarum præditus ſit, neceſſe eſt, *d. l. 2.* Et conſtare debet de hoc Principi, ut Actis inſcribatur, antequam ætatis venia impetretur, v. Myler. *Etol. Cap. IV. §. 3.* ubi ſimul ex Lipskio teſtatur, in Regno Poloniæ conſuetum eſſe, ut Regia Majeſtas non prius ætatis veniam & privilegium, niſi, viſo adoleſcente, indulgere ſoleat. v. Perez *ad Cod. Tit. de his, qui ven. ætat.* ubi hanc in rem adducit verba Diplomatis, quo Ferdin. III. Imperator, Mauritio Friderico, Comiti Höenloico, veniam ætatis conceſſit.

Requiſita circa veniam ætatis:

I.

II.

III.

C §. II.

Digitized by Google

§. 11.

IV. IV. Maſculus, qui petit veniam ætatis, XX. annorum eſſe debet, in fœmina vero XIIX. ſufficiunt. *per d. l. 2. pr. & §. 1. C. de his qui ven.* ratio, cur hæc ætas requiratur, forſan dari poteſt, quia minores infirmum & fragile Judicium inſidiis & captionibus obnoxium habent, *v. l. 1. ff. de minoribus.* alii vero vix aliam dari poſſe putant, quam, quod Imperatori ſic placuerit. *a. l. f. §. 1. C. de leg.* v. MYLER. *Ætol. Cap. IV. n. 7. & de Princip. & ſtatib. Imperii, P II. C. LVII. §. 6. in fin.* Hodie tamen Princeps Imperii ad obſervantiam *d. l. 2.* adſtrictus non eſt; ſed minori ætatis veniam petenti, etiam ante annum vigeſimum (*Maſculo*) & fœminæ ante decimum octavum indulgentiam concedere poteſt: Quia tempus in *d. l. 2.* definitum, eſt mere juris poſitivi, ideoque ex certa cauſa reſtringi poterit, *per l. 3. §. 5. ff. de ſepulch. violat.* ibi: *Quid ſi lex municipalis permittat &c.* v. STEPH. *de Juriſd. Lib. II. P. I. C. 1. memb. 2. n. 137.* MYLER. *Ætolog. Cap. IV. n. 5. ſeqq.* & WERNH. *Obſ. Select. Part. I. Obſ. 217. p. m. 453.* ubi in rationibus decidendi hæc adducit verba: Im übrigen ſo viel die veniam ætatis anbetrifft, bey derſelben Conceſſion heut zu Tage nicht præciſe auf den, in denen gemeinen Käyſerlichen Rechten geſetzten Termin des 18. oder 20. Jahres, ſondern vielmehr auf des minderjährigen Verſtand und Geſchicklichkeit, ſein Vermögen zu adminiſtriren, und andere Umſtände Reflexion gemacht wird. SIMON van LEEWEN, in *Cenſ. for. Lib. I. Cap. 18. n. 18.* GRÆNEW. *de LL. abrog. ad l. 2. C. de his qui ven. ætat.* Talis igitur ætas ad minimum requiritur, quæ maturum rebus adminiſtrandis judicium non plane excludat; Itaque puero vel impuberi, etiam ſtatuto vel conſvetudine permittente, non recte tribueretur ætatis venia, eaque conſvetudo permiſſiva, potius habenda eſſet pro corruptela, *ex cap. fin. X. de conſvet.* v. TEXTOR. *Jur. Publ. Tit XII. n. 575. p. m. 499.* Fœminæ XVII. ann. Dominum Territorii ætatis veniam conceſſiſſe, v. *B. Dn.* RIVIN. *ad O.*

V. *P. S. Tit. IX. En. 13.* V. Requiritur Idoneitas ad res utiliter

geren-

Digitized by Google

gerendas. SCHWED. *c. l. cap. 15. n. 5.* Licet enim aliquis inſtructus ſit animi probitate, morum honeſtate, vitæque frugalitate, tamen niſi uſus aliqualis & experientia rerum gerendarum has dotes concomitetur, in adminiſtratione talis facile labi poterit; Hinc recte dicit BERNARD AUTOMNE, *ſupra C. 1. §. 2. all. Tr. ad l. ult. d. t. C' eſt poúrquoi ceux qui obtiennent lettres de benefice d' age, ſont atteſtation, qu' ils ſont capables de l' adminiſtration de leurs biens*

§. III.

VI. Deſiderant, ut is, qui veniam ætatis impetravit, literas veniales judici competenti offerat atque intimet, ut omnia examinentur, *d. l. 2. §. 2.* & deinde offerenti etiam concedat, ac decernat adminiſtrationem. v. ANTON GOMEZ. *Variar. Reſol. Tom. II. C. 14. n. 12. in med.* Quæ intimatio Gallis vocatur *Enterinement, Enteriner;* AUTOMNE *c. Tr. ad leg. ult. d. t.* VII. Requirunt, ut maſculus hoc reſcriptum per ſe *i. e.* in perſona impetret, quia qualitas perſonæ examinanda. *vid.* BRUNNEM. *ad d. l. 2. n. 17.* BOCER. *de Regalibus, Cap. II. n. 133. in requiſ. I.* Pro ratione adducunt: quia, ubi perſonæ examinatio eſt, ibi procurator non admittitur. Fœmina vero, ceu privilegiata per procuratorem comparere poteſt, quia Imperator eam propter pudorem ac verecundiam fœminarum, cœtui publico demonſtrari cogi non vult. *d. l. 2. pr. & §. 1.* v. FINCKELTH. *de venia ætatis, Cap. IV. Concl. 12. ſeq.*

VI.

VII.

§. IV.

Dictis non immerito ætatis probatio additur; Minor enim coram Judice competente ætatem & animi probitatem &c. probare tenetur. v. DONELL. *Lib. XXI. Cap. 12. ſub fin.* & juxta vulgatum, ubi probatio deficit, perinde eſt, ac ſi illud, quod non probatur, non eſſet. *Can. 16. §. 2. diſtinct. 1. de conſecr. l. 30. ff. de Teſtam. tutel.* Quod vero ætas præciſe per ſcripturam intuitu adoleſcentis ſit probanda, uti ſtatuit BOCER. *de Regal. Cap. II. n. 133. in requiſ. 3.* nobis neceſſa-

His additur ætatis probatio.

Digitized by Google

rium non videtur, ob verba *l. noſtræ 2.* ibi: *Non ſolum per ſcripturam annorum numerum probent, ſed etiam teſtibus advocatis &c.*

Speciale in fœminis.

Intuitu fœminarum autem in dicta lege ſpeciale occurrit, quod ad harum ætatem probandam præciſe quinque teſtes requirantur; ibi: *Probari poſſe teſtibus quinque vel Inſtrumentis.*

Quid hodie in uſu?

Hodie vero etiam quoad hanc diſpoſitionem longe aliter proceditur, ubi ætas veniam petentis plerumque *extracto quodam ex libro eccleſiaſtico,* probitas & habilitas autem rerum gerendarum per *Curatores, proximos agnatos, aliasve perſonas,* quibus veniam petens eſt notus, probari ſolet, uti ex capite finali hujus diſſertationis apparet. Varia quidem adhuc ad caput præſens ſpectantia hic adduci potuiſſent; quia vero breves eſſe, laboramus, dicta ſufficiant. Properamus enim nunc ad

CAP. IV.

De effectu petitæ & conceſſæ veniæ ætatis.

§. I.

Effectus veniæ ætatis.

Effectus veniæ ætatis legitime petitæ & impetratæ eſt *Majorennitas.* Vi cuius is, qui hanc veniam impetravit, tantum regulariter poteſt, quantum, qui viginti quinque annos naturaliter implevit. *vid. l. pen. pr. C. de ſponſ.* COTHMANN. *Conſ. 44. n. 19. Vol. 1.* Hinc inter ætatem legitime impetratam, & ann. 25. naturaliter completum, regulariter nihil intereſt. v. STEPH. *de jurisd. Lib. II. P. I. Cap. I. memb. 2. n. 139.* Liberatur *ſcil.* qui Privilegium hoc obtinuit, a cura; Adeo, ut ipſe rerum ſuarum adminiſtrationem ſuſcipiat, perinde, ac ſi major eſſet, quam ob rem exigit etiam a Curatore rationes propter adminiſtrationem. *a. l. 14. C. de adminiſtrat. tut.* MYLER. *Ætol. Cap. VII. §. 1.*

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Ulterius ſe exſerit etiam effectus impetratæ veniæ in ſpecie in materia contractuum; Valide enim veniam ætatis habenti contrahere permittitur, hinc emit, vendit locatque bona ſua; Imo quoad locationem a tutore vel curatore factam, in ſpecie notandum, quod hæc per veniam ætatis a minore legitime impetratam, iterum reſolvatur; Prout deciſum refert Papon. in *Arreſt. lib. 16. tit. 2. art. 3. in append.* Myler. *Ætolog. Cap. IIX. §. 2.* Porro habet ſtandi perſonam in judicio, hinc citatus ipſe comparere, agere atque ſe defendere poteſt. v. Perez. *ad tit. Cod. de his, qui ven. ætat.*

§. III.

Non prætereundus eſt caſus *h. l.* quod minor, qui veniam ætatis impetravit, in integrum non reſtituatur, per expreſſa verba *l. 1. C. de his qui ven.* ibi: *Qui veniam ætatis a Principe impetraverunt, etiamſi minus idonee rem ſuam adminiſtrare videantur, in integrum reſtitutionis auxilium impetrare non poſſe, manifeſtiſſimum eſt.* v. Bocer. *de Regal. Cap. II. n. 134.* Brunnem. *ad d. l. n. 1. 2.* & Perez *ad d. l.* Ubi optime notat, quod hæc venia ætatis conceſſa, non ſolum reſpiciat eos, quibus conceſſa, ſed eos omnes in genere, qui contracturi ſunt, qui alias, citra Principale reſcriptum, quod viderunt, nunquam cum minore contraxiſſent. Eo quod cautius nemo contrahere poſſit, quam auctore Principe. Accedit & hæc ratio: Qui cum tali, qui veniam ætatis impetravit, contraxit, nihil cum Minore, ſed omnia cum Majore geſſiſſe videtur. *a. l. 10. Cod. de Appell.* ubi dicitur, quod adoleſcens, qui veniam ætatis impetravit, ſuo nomine appellationem exercere poſſit. Hinc in integrum contra impetrationem veniæ reſtitui poteſt, quod ad actus *futuros*, jura etenim futura tantum reſpiciunt negotia *l. 7. C. d. LL.* non item *præteritos*, quandoquidem his, non item illis jus ſemel tertio eſt quæſitum, quod ipſi invito per minoris variationem inverti nequit. *d.*

Qui veniam impetravit, in integrum non reſtituitur,

niſi quoad actus futuros.

Digitized by Google

l. 1. C. d. his, qui ven. ætat. j. STRUV. *S. J. C. Exerc. IIX. th. 53.* BRUNN. *ad d. l. 1.* prægnans tamen (etiam quoad actus futuros) neceſſe eſt, ſubſit cauſa, ut reſtitutio decernatur, nimirum talis, quæ etiam majori in integrum reſtitutionem cauſetur. MYLER. *c. l. Cap. 9.* Utut enim durum aliquatenus videatur, per unius beneficii conceſſionem alterum amitti, quippe quod minori per veniæ ætatis impetrationem firmior prudentiæ ratio haud acquiratur, tamen, cum (*ut Rex* Theodoricus *apud* Caſſiod. *Lib. 7. Epiſt. 41.* inquit) quod in humanis rebus audaciſſimum eſt, ad erroris auxilium beneficium annorum contemnat minor, ſanctioni *l. 1. C. de his, qui ven.* merito dicto modo inhærendum.

§. IV.

Quando in præcedentibus dictum fuit, minorem, qui ætatis veniam impetravit, per omnia pro majore habendum eſſe, atque eo ipſo de rebus ſuis diſponere poſſe, merito nunc monendum, hoc ſaltem intelligendum eſſe de Rebus mobilibus *v. l. 22. C. de adm. tut.* Immobilia igitur alienare nequit. *per l. 3. C. de his, qui ven. ætat.* hoc enim jure etiam minor, curatore inſtructus, deſtituitur, *d. l. 22.* quam ob rem in ejusmodi alienatione decreto judicis opus eſt; Hoc vero decretum alienationis actum præcedere, vel in ipſa alienatione intervenire, par eſt, *a. c. 8. X. de his, qui fiunt a Præt.* in quam ſententiam reſpondit *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Dec. 1700.* teſte B. MENCKEN, *in Theor. & Prax. Pand. p. m. 850.* Hactenus dicta tamen limitantur: *Si Princeps ſpecialiter rerum immobilium alienationem ſimul conceſſerit, quo caſu* nullo judicis decreto opus erit. v. MYLER. *de Princ. & Statib. Imp. P. II. Cap. 57.* Si enim Princeps hanc facultatem ei expreſſe dederit, valebit alienatio, & reſtitutio in integrum ceſſabit, *a. l. 38. de adopt.* v. LEYSER *Spec. LX. in fin. coroll. 2. p. m. 663.* B. RIVIN. *ad O. P. S. Tit. IX. Fin. 13.* Cum (uti inquit BALDUS) Reſcriptum Principis idem operetur, quod decretum inferioris ſolenniter enunciatum. GOTHOFR. *ad l. 2. ſæp. cit.* Talis quippe

Qui veniam impetravit, non poteſt alienare immobilia,

niſi hoc in ſpecie a Principe ſit impetratum.

quippe minor non tam videtur contrahere, quam contractus fidem abſolvere. BRUNN. *ad l. 1. C. quand. decret. opus non eſt.*

§. V.

Quæritur autem hoc loco, an *minor, qui veniam ætatis impetravit, & cum Decreto Judicis fundum alienavit,* ſi læſus ſit, plane reſtitutionis beneficio non gaudeat? Dicendum quod ſic, per jamjam adducta. Mitiorem tamen ſententiam amplecti videtur SCHILTER. *Exer. XI. §. 28.* cujus verba huc tranſcribere non piget; Sunt autem ſequentia: „*Etſi enim,* „inquit, *vix eſt, ut de Jure Romano id aſſirmari tuto poſſit,* „qvum his, qui *veniam ætatis impetrarunt, non modo* generali- „ter beneficium *illud denegatum, l. 1. C. de his, qui ven. ætat.* „*ſed & in ea parte ſeu caſu tantum conditio minorum omni-* „*um, ſive petita ſit venia, ſeu minus, quoties ſcilicet ſine decreto* „*immobilium alienatio facta eſt, ſimilis ab Imperatore facta, l. 3.* „*eod. ceteroquin ſpes ademta perfidiæ, ut loquitur Conſtantinus,* „*l. 1. C. Th. de his, qui veniam, h. e. reſiliendi a contractu, &* „*cum decreto celebrato, & adverſus eum reſtitutionem poſtulandi.* „JAC. GOTHOFR. *d. l. Nihilominus tamen haud dubito, mori-* „*bus noſtris & hoc in caſu arbitrium judicis poſſe tantundem pro* „*re nata, cauſaque cognita, quantum in priore.* (ubi de parili „caſu locutus fuit) confer. LAUTERBACH. *Concl. 6.*

An reſtitui poſſit, ſi alienatio facta cum decreto judicis?

Schilter. affirmat.

§. VI.

Quæ dicta ſunt de alienatione rerum immobilium, etiam extenduntur 1) ad hypothecæ conſtitutionem & oppignorationem, quia hypothecæ conſtitutio & oppignoratio eſt via ad alienationem, cum per hanc omnino facile ad rei diſtractionem & poſſeſſionis translationem perveniatur; Quicquid vero prohibitum eſt in termino, illud etiam prohibetur in via. 2) Ad alienationem rerum mobilium, quæ ſervando ſervari poſſunt *l. 22. C. de adm. tut.* Quia hæc bona minor ſine decreto atque autoritate judicis alienare non poteſt, adeo, ut ne judex quidem non niſi ex juſta cauſa *v. g.* æris alieni, alimen-

Ejusmodi majorennis non poteſt hypothecam conſtituere,

Nec res, quæ mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt, alienare.

Digitized by Google

alimentorum &c. decretum ſuum interponere queat. *v. t. t. ff. de rebus eorum. l. 2. §. 1. de officio ejus cui mandat. l. 3. §. 13. de ſuſp. tut.* 3) Idem ſtatuendum, ſi minor remittat vel renunciet & deſinat acquirere rem immobilem, in qua ipſo jure dominium habet acquiſitum, *v. g.* legatum vel fideicommiſſum ſibi relictum; *l. 5. §. 8. de rebus eorum.* Cum enim minor non ſolum reſtituatur, ubi damnum recepit, ſed etiam ubi lucrum amiſit, *l. 7. §. 12. & l. 44. de minor.* patet, nec remiſſionem aut neglectum rei immobilis, quæ ipſo jure ei competit, ſine judicis licentia & decreto ei permitti. 4) Hoc extendimus etiam ad permutationem, *l. 4. C. de præd. minor.* quia permutatio eſt ſpecies alienationis, & æquiparatur venditioni. *l. 2. C. de rer. perm. l. 19. §. 5. de Ædil. Edict.* 5) De tranſactione idem erit judicium, quoniam tranſactio ſuper re immobili ſine decreto non valet. *d. l. 4. C. de Præd. min.* Ut alios perplures ejusmodi caſus ſilentio prætereamus. Hoc ſaltem adhuc adnotabimus, Gallos in conceſſione veniæ ætatis cautos eſſe: Hinc etiam codicillis venialibus (vulgo *Bail à gouvernement*) ſemper adjicere ſolent ſolennem clauſulam: *à la charge de n' aliener les immeubles,* ut notat Forнerius ad *Caſſiador. Lib. 7. Reſcript. 41.*

Nec remittere aut renunciare acquiſitioni rerum immobilium.

Nec permutare.

Nec tranſigere ſuper re immobili.

§. VII.

Qui veniam impetravit, non habetur pro majórenni.

Porro in variis negotiis minor, qui veniam ætatis impetravit, pro Majore nondum habetur, proptereaque etiam ad illa non admittitur, v. g. 1) Non poteſt eſſe aliorum Procurator, quia in Negotiis propriis tantum, non alienis habet

1) ſtandi perſonam in judicio; uti pronunciatum in Supremo Appellationum judicio, quod Dreſdæ habetur, *Conſil. hyberno 1697. referente Ill.* Berger. *in Oeconom. jur. p. m. 181.*

2) 2) Aliorum tutor eſſe nequit, venia enim ætatis eſt privilegium, Schwed. *Part. ſpec. Sect. I. Cap. 15.* Hoc autem tertio præjudicare non debet, v. *plur.* Myler. *Ætolog. Cap. VI. IIX. IX.*

3) 3) Legatum, cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit, relictum, petere non poteſt, niſi naturaliter adimpleverit

pleverit *Jure civili* XXV. *Jure Saxon.* XXI. annum, *v. l. f. Cod. de his, qui ven.* ibi: Non quæ ab Imperiali beneficio. *j. l. 30. de leg. III.* Quia in Diſpoſitionibus hominum, verba naturali, non civili ſignificatione funguntur. v. BALD. & BRUNNEM. *ad d. l. f. j. l. fin. de condition. & demonſtr.* MENOCH. *Conſil. 227. n. 49.* MYLER. *c. l. Cap. VI.* 4) Non habetur pro Majorenni ad capeſſenda munera publica; Quamvis enim in iis conferendis priſtinis temporibus nulla certa ætas præſcripta fuerit, *vid.* TACIT. *Annal. Lib. XI. C. 22.* Succeſſu temporis tamen aliud introductum; Sic *Conſulatus* XLIII. *Prætura* XL. CICERO, *Epiſtol. ad Furn.* Ædilitia dignitas, XXXVII. MANUT. *de LL. Roman. p. 63.* Senatoria, XXX. Quæſtura, XXVII. *Decuriones*, XXV. *l. 8. ff. de muner. & honor.* requirunt annos, ad quæ, ſimiliaque officia minor, cui ætatis venia conceſſa, haud admittendus, *niſi* vel ſpecialiter hoc ab Imperatore vel Domino territorii impetraverit, *vel* concedens proprio motu & ex certa ſcientia officium publicum ei, cui veniam indulſit, conferat. v. SCHWED. *c. l. §. 6.* 5) *Quoad pœnam infligendam in delictis* pro Majorenni non habetur, cum odioſa non ſint extendenda ſed potius reſtringenda. *C. 15. de R. I. in 6.* Et quod ob gratiam alicui conceſſum, non eſt trahendum in ipſius diſpendium. *Cap. 61. de R. I. in 6.* quam ob rem pœnæ mitigationem omnino petere poteſt, quoniam Princeps indulgentia ſua maturitatem conſilii perfectam, *quam* tenera ætas minoribus denegat, dare non poteſt. MYLER. *c. l. c. 6.* atqui ob imperfectionem conſilii ſine dubio commiſerationem mereri hanc ætatem JCti tradiderunt *in l. 37. §. 1. de minor.*

4) 5)

§. VIII.

Dictum §. 3. *hujus Cap.* minorem, qui veniam impetravit, aliquando in integrum reſtitutionem petere poſſe; Hinc *h. l.* videndum, quale tempus, ad impetrandam reſtitutionem, ipſi currat? Et reſpondetur *quadriennium*, quod reliquis minoribus, qui læſi ſunt, competit, etiam ei, qui veniam ætatis

impetravit, *concedendum eſſe*, hac tamen obſervata diſtinctione: Ut illis *Jure civili* non niſi ab anno XXV. & *Jure Saxon.* ab anno XXI. *huic vero* ab eo die, quo pro majore habetur, currat: Habetur autem pro majore, atque ſic reſtitutionis tempus computatur, non a die impetratæ veniæ, ſive conceſſionis Reſcripti; ſed a die judicialis inſinuationis, *a. l. 5. C. de tempor. in integr. reſtitut.* ibi: *Ex eo die, quo indulgentia noſtra in judicio competenti fuerit intimata, eique adminiſtratio rei propriæ permiſſa;* quoniam ante intimationem & plenariam adminiſtrationis conceſſionem, privilegium ejusmodi non dicitur habere ſuam perfectionem. *l. 2. & 3. C. de his, qui ven.*

CAP. V.

In quo Praxis antea dictorum oſtenditur.

§. I.

Supra *Cap. II. §. 4.* exempla quædam a nobis adducta ſunt, quando Imperatores CAROLUS IV. & WENCESLAUS veniam ætatis conceſſerunt; Ut vero eo melius de modo & verbis ſolennibus, quibus Imperatores in ejusmodi conceſſionibus utuntur, conſtet, non ingratum fore ſperamus L. B. ſi tale Diploma Cæſareum verbotenus hic inſeratur; Eſt autem illud Imperatoris CAROLI V. in quo ALBERICUM CYBONEM Malaſpinam, Maſſæ Marchionem, *ætatis venia donatum*, de Maſſæ, Carraræ, Monetæ atque Laventiæ Marchionatu, ejusdem juribus atque annexis inveſtivit. *d. d. 17. Febr. 1554.* Quod exemplum eo lubentius præ reliquis retinere voluimus, quia in hoc ſimul *de primogenitura aliisque quibusdam notabilibus* tractatur. Sic autem verbotenus illud perhibet LÜNIG., *in Codice Italiæ Diplomatico, Tom. II. p. 395.*

§. II.

§. II.

CAROLUS V. Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum, Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum & Indiarum, ac terræ firmæ, Maris Oceani, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Artheſiæ, Palatinatus, Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci & Zutphaniæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ, & Sacri Romani Imperii, Princeps Sveviæ, Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. Recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis; Cum alias illuſtris quondam Ricciarda Malaſpina ex Marchionibus Malaſpinæ Marchionatum Maſſæ, Carrariæ, Monetæ, & Laventiæ, cum omnibus ſuis caſtris, villis, jurisdictionibus & juribus, a Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, a Nobis & eodem Imperio in feudum recognoverit, prout conſtat literis inveſtituræ deſuper editis, & expeditis, eaque, quoad vixit, quiete, & pacifice tenuerit, & poſſederit, nuper autem defuncta illa, Illuſtris noſter & Imperii Sacri fidelis dilectus Albericus Cybo Malaſpina, Marchio Maſſæ, filius ejus unicus & legitimus & naturalis, & univerſalis hæres, eidem in dicto Marchionatu Jurisdictionibus, & juribus ſucceſſerit, & Nobis ipſius Alberici nomine humiliter ſupplicatum ſit, ut, quoniam ipſe præfatum Marchionatum, Jurisdictiones, Jura & loca rurſus a Nobis & Imperio recognoſcere, & debitum fidelitatis & homagii juramentum præſtare teneatur, nec tamen legitimam ætatem aſſecutus ſit, eidem ante omnia Imperiali autoritate noſtra veniam ætatis concedere, ita, ut, non obſtante tali ætatis defectu, in & extra Judicium contrahere, & diſtrahere, ſe & bona ſua obligare & liberare, & demum omnia alia facere & exercere poſſit, ac ſi major viginti quinque annis eſſet, & quæ ipſi Majores facere poſſunt, atque inſuper omnia & ſingula privilegia, exemptiones, immunitates, gratias, conceſſiones, & indulta a Majoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus, & Regibus, & Sacro Romano Imperio ipſius prædeceſſoribus conceſſa, & conceſſas, confirmare, ratificare, approbare, &, quatenus opus, de novo concedere, ipſumque ac filios & Deſcendentes ejus legitimos, de præfato Marchionatu, Jurisdictionibus & juribus, juxta ejusdem feudi naturam, inveſtire gratioſe dignaremur. Nos igitur attendentes ſinceram & incorruptam fidem, & devotionem, qua præfati

Diploma Cæſareum veniæ ætatis.

 Alberici

Digitized by Google

Alberici progenitores, Prædeceſſoribus noſtris, Nobis, & Sacro Imperio Romano addicti ſemper fuerunt, grataque fidelitatis obſequia & ſervitia, quæ Nobis & Sacro Imperio Romano idem Albericus Cybo, progenitorum ſuorum exemplo, ſe præſtiturum pollicetur, & præſtare bene poterit & debebit, tenore præſentium, & ex certa noſtra ſcientia, animo deliberato, & ſano ad hoc accedente conſilio, & de noſtræ Cæſareæ poteſtatis plenitudine, ipſi Alberico Cybo Malaſpinæ, Marchioni Maſſæ, veniam ætatis concedimus, & impertimur, & ſuper ætatis defectu cum ipſo diſpenſamus. Dantes eidem Alberico plenam & liberam facultatem contrahendi, diſtrahendi, & bona ſua obligandi & liberandi, exceptis tamen bonis immobilibus, quæ neutiquam alienare poterit; Et demum omnia alia faciendi, & exercendi, quæ major viginti quinque annis agere poteſt, & debet, nec non eidem Malaſpinæ omnia & ſingula privilegia, exemtiones, immunitates, gratias, conceſſiones, & indulta, ipſius Majoribus, ut præmittitur, legitime conceſſa, & conceſſas, & in quorum eſt poſſeſſione, vel quaſi in omnibus ſuis Articulis, punctis, clauſulis, ſententiis, & verborum expreſſionibus, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta eſſent, quorum omnium tenores hic pro inſertis, ac ſufficienter expreſſis haberi volumus, confirmamus, ratificamus, approbamus, &, quatenus opus eſt, ea omnia & ſingula de novo concedimus, atque eundem Albericum Cybo Malaſpinam pro ſe, filiis, hæredibus, & deſcendentibus ſuis maſculis & fœminis (dummodo maſculi ſemper fœminis præferantur) usque in infinitum, ordine primogenituræ de primogenito in primogenitum, de præfatis oppidis, caſtris & locis Maſſæ, Carrariæ, Moneræ & Laventiæ, cum omnibus ſuis diſtrictibus, territoriis, juribus & jurisdictionibus quibuscunque, quemadmodum ea in præſentia tenet, & poſſidet, recepto tamen prius ab egregio noſtro, & Imperii Sacri fideli dilecto Antonio Maria de Savoia, illuſtris Herculis, Ducis Ferrariæ, Principis & conſanguinei noſtri chariſſimi, apud nos Oratore, ipſius Malaſpinæ legitimo Procuratore, ſufficienti ad hoc Mandato ſuffulto, in Manibus venerabilis Antonii Perenoti Epiſcopi Atrepatenſis, Principis, & ſupremi Conſiliarii noſtri, debito fidelitatis juramento, infeudamus, & inveſtimus, ipſumque una cum præfatis oppidis, caſtris, locis in noſtram & Imperii Sacri tuitionem, protectionem, & ſalvam gvardiam ſpecialem recipimus, non obſtantibus in præmiſſis quibuscunque legibus, ſtatutis, decretis, conſtitutionibus, ordinationibus, conſuetudinibus, aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque; quibus omni-

Conceſſio veniæ.

bus

bus & ſingulis, etiamſi talia eſſent, de quibus ſpecialis mentio in præſentibus fieri deberet, motu, ſcientia, autoritate & poteſtate prædictis derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes; Noſtris tamen & Imperii Sacri, & cujuscunque alterius juribus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtræ diſpenſationis, confirmationis, approbationis, conceſſionis, inveſtituræ, protectionis, derogationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire; ſi quis autem id attentare præſumpſerit, Noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, & pœnam quinquaginta Marcarum Auri puri toties, quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Imperiali fiſco, ſeu Ærario noſtro, reliquam vero partem injuriam paſſi, aut paſſorum uſibus decernimus applicandam. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Bruxellis Brabantiæ, die decima ſeptima menſis Februarii, Anno Domini, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, & Regnorum Noſtrorum trigeſimo nono.

CAROLUS.

(L.S.)

Vidit Perenotus

Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Haller.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico latino, id quod atteſtor. Viennæ, *21. April. 1722.*

Jodoc. Pein, mppr.
Regiſtrator.

§. III.

Hæc de Imperatoris conceſſione ſufficiant; videndum vero nunc reſtat, quomodo in Statuum territoriis circa veniæ impetrationem procedatur; ut vero Neo-practicis clare de hac praxi forenſi conſtet, caſum practicum, quem *Dn. Præſes* ipſe in terminis, *uti loquuntur*, habuit, benigniter autem mecum communicavit, in ſequentibus adducam: ſcil. veniam impetraturus Principem ſeu Dominum territorii pro concedenda venia literis ſupplicibus adire debet, uti ſupra *Cap. III. §. 1.* a nobis traditum fuit, quæ ſequentis poſſunt eſſe tenoris: Praxis in ſtatuum territoriis.

 P. P.

Digitized by Google

P. P.

Euer Königliche Majeſtät und Churfürſtl. Durchlauchtigkeit geruhen in hohen Gnaden ſich allerunterthänigſt vortragen zu laſſen, welcher geſtalt ich nach beygefügten Original-Atteſtate, in etlichen wenigen Wochen das 19te Jahr zurücke lege; Nachdem ich nun bißhero bey der Handlung beſtändig erzogen worden, auch allemal in Ein- und Verkauffen Rechnung geführet, und ſo fort ſelbſt Hand mit angeleget, und dannenhero mich hierinnen ſowol, als auch in übrigen Haushaltungs-Weſen ſo weit perfectionirt, daß ich künfftighin beydes alleine zu führen, nächſt Göttl. Hülffe mir gar wohl getraue; Weil aber, was beſonders das Handlungs-Negotium anbetrifft, viele ein Bedencken haben, ſich mit mir einzulaſſen, da ich noch nicht das ein und zwantzigſte Jahr, oder meine Majorennität erreichet, und dannenhero in jedweden Negotio des Vermundes Conſens adhibiren ſoll, den ich doch unmöglich ſo vielmal incommodiren kan, inzwiſchen aber auf ſolche Art mir öffters ein ziemlicher Profit entgehet; Als gelanget aus dieſem und andern mehrern Urſachen an Eure Königliche Majeſtät und Churfürſtl. Durchl. mein allerunterthänigſtes und demüthigſtes Bitten, Selbige geruhen aus Landes-herrlicher Macht und Gewalt, die hohe Gnade vor mich zu haben, dasjenige, was mir noch an meiner Majorennität mangelt, zu erſetzen, mich pro Majorenni zu erklären, und mir alle diejenigen Jura, welche die würcklichen Majorennes haben, allergnädigſt zu concediren. Solche hohe Königliche und Churfürſtliche Gnade werde ich Lebens-lang mit allerdemüthigſten Dancke erkennen, und dagegen allſtets verharren,

Euer Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchl.

Leipzig, den 1. Julii, 1723.

allerunterthänigſte, allerdemüthigſte

M. B. B.

§. IV.

Ad has ſupplices literas Potentiſſimus Rex ac Sereniſſimus Elector ad Magiſtratum, ſub quo veniam ætatis petens domicilium habet, reſcribere ſolet:

Fried-

Digitized by Google

Friedrich Auguſtus, König ꝛc. ꝛc. Churfürſt ꝛc.

Liebe Getreue; Damit Wir Uns auf inliegend, M. B. B. allerdemüthigſt beſchehenes Suppliciren, daß ſie um derer von ihr angeführten Urſachen willen pro Majorenni erkläret werden möchte, deſto zuverläßiger zu entſchlieſſen haben mögen; Iſt hiedurch Unſer Begehren, ihr wollet, ob ſie des Verſtandes und von der Geſchicklichkeit, daß ſie ihren eigenen Sachen ſelbſt nützlich vorſtehen könne, bey ihren nahen Anverwandten Erkundigung einziehen, und Uns ſo dann euren allergehorſamſten Bericht davon, nebſt Wiederſendung der Inlage anhero erſtatten. Daran geſchicht Unſere Meynung. Datum Dreßden am 8. Julii, Anno 1723.

August Beyer.

Gottlieb Froſt.

§. V.

Hoc reſcripto inſinuato, apud magiſtratum teſtes denominantur, quibus a Magiſtratu citatis & examinatis, Superiori acta cum relatione ſequente transmittuntur:

Allerdurchlauchtigſter, Großmächtigſter König und Churfürſt,

Euer Königl. Maj. und Churfürſtl. Durchl. ſeind unſre allerunterthänigſt gehorſamſte Dienſte jederzeit zuvor.

Allergnädigſter Herr!

Ewr Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchlaucht haben auf M. B. B. daß ihr, nachdem ſie bey nahe das 19. Jahr ihres Alters erfüllet, um derer von ihr angezogenen Urſachen willen, venia ætatis ertheilet werden möchte, allerdemüthigſtes Anlangen, uns daß wir, ob die Supplicantin des Verſtandes und der Geſchicklichkeit, daß ſie ihren eigenen Sachen ſelbſt nützlich vorſtehen könne, von ihren nahen Anverwandten Erkundigung einziehen, und ſo dann allerunterthänigſten Bericht darvon cum Actis einſenden ſolten, untern 8ten dieſes Monaths allergnädigſt anbefohlen, dieſem zu allergehorſamſten Folge haben wir Supplicantin

cantin ihres Vaters Bruder nebſt noch zweyen andern Bürgern, weil ſonſt keine Anverwandte, nach der Zeugen und Supplicantin Ausſage, mehr verhanden, vor uns erfordert, welche auf beſchehenes Befragen, bey denen Pflichten, womit Eur. Königl. Majeſtät und Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit, auch uns ſie verwandt und zugethan, ausgeſaget, wie ſie M. B. B. allerdings von dem Verſtande und Geſchicklichkeit hielten, daß ſie ihren Sachen ſelbſt mit Nutzen vorſtehen würde. So Eur. Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchläuchtigkeit, nebſt Einſendung der Acten ſub L. 189. wir allergehorſamſt berichten ſollen, und verharren zu allerunterthänigſt treueſten Dienſten, Pflicht-ſchuldigſt bereit und gefliſſen. Sign. Leipzig, den 10. Julii, 1723.

Ew. Königl. Majeſtät, und Churfürſtl. Durchl.

allerunterthänigſte, gehorſamſte,

der Rath zu Leipzig.

§. VI.

Hæc relatio a Magiſtratu facta, veniam impetraturo, ſi hoc petat, a Superiore communicatur, ut, quæ ſibi adhuc neceſſaria putet, admonere poſſit; Si vero in favorem illius ſit concepta relatio, ſequentem in modum ad Superiorem ſupplices mittit preces:

Allerdurchlauchtigſter Großmächtigſter König und Churfürſt,
Allergnädigſter Herr.

Daß Ew. Königl. Maj. und Churfürſtl. Durchl. den von hieſigem Rath, meine geſuchte Majorennität betreffenden eingeſandten Bericht, mir in hohen Gnaden in Abſchrifft communiciren zu laſſen geruhen wollen, ſolches erkenne mit allem unterthänigſten Dancke. Wie ich nun bey ſothanen Berichte etwas, ſo mir præjudicirlich wäre, nicht finde; Als ergehet nochmaln an Eure Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchl. mein allerunterthänigſtes Bitten, mir nunmehro, weil beſagter Bericht allerdings gut vor mich abgefaſſet, auch nicht anders concipiret werden können, die geſuchte Veniam Ætatis gebethener maſſen zu ertheilen. Ich

zweiffle

Digitized by Google

zweifle an Erhörung meiner demüthigen Bitte nicht, und verharre dagegen Zeit Lebens

Euer Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchl.

Leipzig, den 16. Julii, 1723.

allerunterthänigſte, allerdemüthigſte
M. B. B.

§. VII.

Nunc demum, ſi nullum dubium Superiori ſuperſit, petita venia ſequenti modo conceditur:

Von GOttes Gnaden, Wir Friedrich Auguſt, König in Pohlen, Groß-Hertzog in Litthauen, Reuſſen, Preuſſen, Mazovien, Samogytien, Kyovien, Vollhinien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolensky, Severien und Zſchernicovien, Hertzog zu Sachſen Jülich, Cleve und Berg, Engern und Weſtphalen, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Marſchall und Churfürſt, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meiſſen, auch Ober- und Nieder-Lauſitz, Burggraf zu Magdeburg, Gefürſteter Graf zu Henneberg, Graf zu der Marck, Ravensberg und Barby, Herr zu Ravenſtein rc. Thun hiemit kund und zu wiſſen, demnach Uns M. B. B. allerdemüthigſt angelanget, und gebethen, daß Wir ihr, die an ihrer Mündigkeit noch mangelnde Zeit, indem ſie nächſtens das 19. Jahr ihres Alters zurück legen würde, um derer von ihr angezogenen Urſachen und Umſtände willen, allergnädigſt erlaſſen, und hingegen Veniam ætatis indulgiren möchten, auch nach dißfalls eingezogener Erkundigung von dem Rathe zu Leipzig, aus deſſen erſtatteten Berichte ſo viel zu befinden geweſen, daß die Supplicantin des Verſtandes ihren eigenen Sachen ſelbſt vorzuſtehen, und ihr Beſtes zu befördern, daß Wir dieſem allen nach, und bey ſo beſchaffenen Dingen, der Impetrantin Suchen in Gnaden angeſehen, und derſelben die gebethene Veniam ætatis indulgiret haben; Thun es auch hiermit und Krafft dieſes offenen Brieffes, und erklären obbemeldte M. B. B. pro Majorenni, und vor Mündig, alſo und dergeſtalt, daß ſie hinführo von männiglichen dafür gehalten werden, und ihr allergnädigſt nachgelaſſen ſeyn ſolle,

von

Digitized by Google

von nun an ihren eigenen Sachen in und auſſerhalb Rechtens, ohne einiges Menſchen Widerrede, ſelbſt gebührend fürzuſtehen, auch frey und ungehindert alles dasjenige, was die Nothdurfft erfordert, auf behörige Weiſe zu beobachten; Geſtalt alles das, ſo ſie in ihren eigenen Sachen forthin alſo vornehmen, thun und laſſen wird, kräfftig und beſtändig ſeyn und bleiben ſolle. Zu Urkunde mit unſerm zu Ende aufgedruckten Cantzeley-Secret beſiegelt, und gegeben zu Dreßden, am 21. Julii, An. 1723.

(L.S.)

Heinrich von Bünau.
Gottlieb Froſt.

§. VIII.

Charta ſignata, cui conceſſio veniæ ætatis inſcribitur, conſtat X. thal. juxta Mandatum Regium *de Anno 1710. ſub liter. V.* Ubi tamen obiter monebimus, ſi *v. g.* duo fratres, vel duæ ſorores, ſimul ætatis veniam petant, & his etiam non *ſeparatim*, ſed *conjunctim* in una plagula concedatur, hoc caſu etiam plagulam X. thal. conſtantem tantummodo adhiberi, ſi modo in ſpecie a Superiore hoc petatur; uti obſervavimus in conceſſione veniæ ætatis duarum ſororum, hic Lipſiæ adhuc viventium: J. C. R. & J. R. C. ſub dato *Dreſdæ die 8. Januarii, 1723.* Plura de charta ſignata hic adducere non lubet, videri vero poteſt. Frid. Jacob Bartholdus in diſſertat. *de charta ſignata*, vom Stempel-Pappier, Franckf. *1690.* habita, Lipſiæ autem *1718.* recuſa.

§. IX.

Hæc ſunt, quæ pro temporis anguſtia de venia ætatis conjicere licuit; Multa hic omiſſa, multa forſan eſſe dicta & ſcripta, quæ aliis aliter dicenda & ſcribenda fuiſſent, inficias non ibimus. Si vero alicubi, quod hominibus facile accidere ſolet, erravero, errorem corrigere non dedignabor. Lector Benevolus ſaltem amice me moneat. Deo interim pro conceſſis mihi hactenus viribus gratias ago immortales, cui etiam ſit laus & gloria in infinitas ſeculorum myriades.

F I N I S.

VIRO

VIRO
PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO *CONSULTISSIMOQUE*
DOMINO
GOTTLIEBIO KOCHIO,
J. U. LIC. DIGNISSIMO,
SENATORI APUD LAUBANENSES GRAVISSIMO,

S. P. D.

PRÆSES.

QUem Academiæ noſtræ, in eaque etiam meæ informationi concrediditi *Patruelem*, TIBI, VIR CONSULTISSIME, his literis reddo. Redditur TIBI, & quidem, niſi me omnia fallunt, melior longe, politior, doctior, quam olim fuit. Duo *ei*, uti *Meis* conſulere ſoleo, ab initio propoſui: *alterum*, ut DEum timeret, & ſancte innocenterque viveret: *alterum*, ut meliori doctrinæ ſe, non pro parte, ſed totum daret, juriſque prudentiam, tanquam divinarum atque humanarum rerum notitiam, juſti atque injuſti ſcientiam, omni ac indefeſſo ſtudio amplecteretur; Morem etiam, quantum obſervare licuit, utrique geſſit diligenter; Etenim præter animi dotes ſingulares, quibus natura eum ditavit largiter, pietatem & modeſtiam toto ſtudiorum curſu, quem hic tenuit, ſine dede-

core

Digitized by Google

core ſervavit. Voluptates, quæ mentem frangunt & polluunt, probe & perpetuo averſatus eſt, & ætatem temperanter exegit, atque in hoc vitæ genere ad abitum usque ſuum firmus ſtetit ac permanſit. Fori delicias *& moleſtias*, TE Duce, VIR CONSULTISSIME, experiri nunc facile poterit; reliqua enim, quæ *ipſi* in hoc ſtudio practico deſunt, per TE, qui non tantum Praxi Forenſi, cum omnium applauſu, primo hic Lipſiæ, deinde in Patria operam dediſti, ſed etiam inpræſentiarum *Ampliſſimi Senatus inſigne es Ornamentum*, ſupplenda erunt. Sæpiſſime *Noſter* cum debita veneratione recordatus eſt ſingulorum beneficiorum, quibus hucusque a TE, innumeris fere modis ornatus fuit, ſeque horum in poſterum nullo non tempore memorem eſſe, ſancte promiſit. Permulta adhuc alia de illius integritate adducere poſſem; ne vero pluribus verbis TIBI, VIR CONSULTISSIME, nauſeam creem, ſumma votorum noſtrorum eo unice redit: velit *Numen Immortale* TE ad extremum usque ſenium in ſolatium TUORUM, atque emolumentum & decus *Totius Reipublicæ Laubanenſis* inter mortales relinquere, animi corporisque vires conſervare, &, quæ dirigis agisque, negotiis undique felices largiri ſucceſſus. Quod ſupereſt, *Patrocinium Tuum* mihi inpoſterum devoto animo expeto. Scrib. Lipſiæ, Menſ. Octobr. A. R. N. cIↃ IↃcc xxIIx.

Digitized by Google